



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Fulvii Androtii Societ: Iesv Theologi Opuscula spiritualia**

**Androzzi, Fulvio**

**Coloniæ, 1611**

Omnia mala poenæ originem habere à Deo.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48641](#)

168 DE FREVENT.

vt notat S. August. sciebat à Dæmone  
ne pilum quidem tolli posse, sine vo-  
luntate & potestate Dei. Sic Dauid con-  
tumelia affectus à quodam suo subdito,  
eam tanquam à manu Dei profectam  
fuscipiebat. Vnde in quodam Psalmo  
inquit: Domine, opprobrium insipienti di-  
dist: me: obmutui. Non aperui os meum,  
quoniam tu fecisti. Et alibi: Domine, im-  
posuisti homines super capita nostra. Et om-  
nia bella, ac iniurias ab inimicis accep-  
tas, attribuit Deo.

Scriptura tota plena est, quod Deus  
immiserit & immittat pestē, bella, carita-  
tē anūonæ, & omnia alia mala poenæ.

Matth. 10.

Et si ne passerculus quidem cedit in-  
telam sine voluntate Dei, vt est in E-  
uangelio, quo modo citra voluntatem  
Dei homini fieri iniuria? Et si ille ratio-  
nem habet minimi hominis capilli, cu-  
non habeat aliarum rerum?

---

OMNIA MALA POENÆ  
originem habere à Deo.

Hæc restam vera est, vt si quis per-  
tinaciter assereret contrarium, futu-  
rus sit hæreticus, quia repugnaret Scri-  
pturæ.

Amos 3.

Primò enim Propheta dicit, non esse  
malū in ciuitate quod nō fecerit Deus

z. Dicit



## COMMUNIONE.

169

2. Dicit Deus per Isaiam Prophetam.  
*Ego Dominus, & non est alter: formans lu-*  
*tem, & creans tenebras, faciens pacem, &c. cap 45.*  
*creans malum.*

3. Idem dicit Deus per Ierem. *Ecce ego cap. 11.*  
*inducam super eos mala, de quibus exire non*  
*poterunt.*

4. S. Iob dicit: *Si bona suscepimus de ma-*  
*nus Dei, mala quarè non suscipiamus?* cap 2.

5. S. David petit à Deo illuminari, ut co-  
*gnoscat omnia mala ab ipso proficiisci,*  
*dicens: Ut sciant, quia manus tua hac, &c. Psal. 108.*  
*tu Domine fecisti ea.*

6. Dixit Dominus noster ad Pilatum:  
*Non haberes potestatem aduersum me ullā,*  
*nisi tibi datum esset de super.* Vnde cum *Ioan. 19.*  
*Iudæi ipsum caperent potestatem illis*  
*fecit capiendi, Apostolos autem capere*  
*non potuerunt, sed nec pilum illis adi-*  
*mere, quia potestatem non dederat.*

7. Ait Augustinus in libris de Ciuit.  
*Dei. Tam bonorum, quam malorum*  
*afflictionem Deo attribuendam.*

Et in Psalmum nonum dicit, omnes  
*pœnas, quas patitur homo, in diuinam*  
*prudentiam referendas.* Et lib. 8 de  
*Ciuit. Dei, cap. 2. ait, bella, & expugna-*  
*tiones urbium esse à Deo.* Et rursus lib.  
*9 cap. 11. dicit, nec folium arboris sine*  
*voluntate diuina moueri. Ac in Psalm.*

I

148. affe-

148. asserit, quicquid in hac vita contra voluntatem nostram contingit, procedere à Dei voluntate, prouidentia, ordine, nutu

Hinc liquet, quanto in errore versentur, qui dicunt: Facile & quo animo sustineo, quæ immittit Deus, at non possum ferre illata ab hominibus.

**R E S P O N S I O   A D   Q U A N-**  
*dam obiectionem.*

**P**OSSERO obijcere aliquis. Si Deus est omnium malorum cauſa, esti gitur mali auctor.

Respondeatur, Duplex esse genus mali. Alterum culpæ, cuius Deus non est auctor. Alterum poenæ, ut est morbus, pestis, bellum, careras annonæ, terræmotus, æstus, frigus, & alia omnia, quæ hominem affligunt, & horum auctore est Deus. Verbi cauſa. Afficit quis me iniuria, verberat, spoliat, infamat, duæ hæc res sunt: Peccatum eius. Hæc facit, & hoc est contra voluntatem Dei, qui permittit quidem illa fieri, sed tamen displicent illi. Deinde est damnum & pena mea, & hanc debo suscipere à Deo, & non ab homine, quia pena illa conueniens est voluntati & ordinationi diuinæ. Vnde, quod Christus pateretur fuit voluntatis diuinæ, sed non, vt lu-

COMMVNIONE. 171

dai illum occiderent. Illinc passio Deo  
fuit gratissima; hinc verò , ratione acti-  
onis illorum fuit execranda & abomi-  
nabilis.

REMEDIA PRO IIS, QVI IM-  
pendente aliqua tribulatione tur-  
bantur.

PRIMVM, Cogitare, Deum esse fi-  
delem, qui non permittet eos plurimi. *Cor. 10.*  
pati, quām sustinere queant, ut docet S.  
Paulus.

II. Cogitare de malis præteritis vitæ  
superioris, quæ aliquando visa sunt, an-  
tequam fierent intollerabilia, & tamen  
gratia diuina opitulan, superata sunt.  
Sic Deus quoque impertiet gratiam, ut  
superemus futura.

III. Considerare aliorum exempla, má-  
xime illa Sanctorum. Quis non existi-  
maret S. Petrum perterrefaciendum, si  
ei dictum esset, ipsum crucifigendum  
capite in terram verso. Et tamen hanc  
poenam ipse elegit. Similiter de S Bar-  
tholomæo, quod esset excorian-  
dus, & alijs Sanctis dicen-  
dum.